





19 EX DOCTRINA  
DE  
RESCRIPTIS PRINCIPVM  
CAPITA QVAEDAM  
CONTROVERSA  
PRAESIDE  
ERNESTO MARTINO  
CHLADENIO D

DIGESTI INFORTIATI ET NOVI PROFESSORE  
PUBLICO ORDINARIO CVRIAEC PROVINCIALIS CONSISTORII  
ECCLESIASTICI SCABINATVS ET IUDICII PROVINCIALIS  
IN MARCHIONATV LVSATIAE INFERIORIS ASSESSORE  
ORDINIS IVRIDICI H. T. DECANO

D. XXIX. APRIL A. R. S. CICIO CCLXPI

IN AUDITORIO MAIORI


PUBLICE VENTILABIT

JOANNES HENRICVS GOTTLLOB EBERHARD

HOYERSWERDA LVSATVS

VITEMBERGAE  
PRELO EPHRAIM GOTTLLOB EICHSELDI  
ACADEMIAE A TYPIS







I

**S**i Rescriptum principis ad falsas preces impe-  
tratum esse dicatur, ad iudicis officium perti-  
net, cognoscere, an preces ueritate nitantur.

*L. 2. et 3. C. si contra ius vel vitil.* Hoc uero  
controuersum est, utrum is, qui impetravit rescri-  
ptum, VERITATEM PRECVM suarum docere tene-  
tur, quam sententiam defendit MASCARDVS de Pro-  
bat. *Concl. 1123. n. 4.* an uero ab aduersa parte VITI-  
VM SVB ET OBREPTIONIS probari debeat, cui op-  
nioni fauet PEREZIVS in *Praelect. ad Cod. L. I. Tit.*  
*22. n. 4.* sed neutrum simpliciter dici potest. Interdum  
enim huic, interdum illi, probatio incumbit. Ratio-  
nes exponentur in ipso confictu.

):( 2

II

II

Rescripta gratiae non demum a tempore FACTA E  
INSINVATIONIS, sed statim a tempore, quo DATA  
sunt, ualere, et inde ab hoc tempore fructum bene-  
ficii collati pertinere ad eum, qui id impetravit, iu-  
ris Canonici est auctoritas, in c. 7. X. Rescriptis et c. 9.  
*de Rescriptis in 6.* Hoc tamen ad Rescriptum, quo  
princeps ueniam aetatis minori concessit, extendi non  
potest. Hoc enim, ex Constitutione Imperatoris CON-  
STANTINI in L. 5. C. de Tempor. in integr. restit. ex  
eo die, quo indulgentia principis in iudicio competen-  
te intimata, et minori administratio rei propriae per-  
missa fuit, effectum habet. Conf. IVST. HEN-  
NING. BOEHMERI *Ius Eccles. Protest.* L. I. Tit. 3.  
§. 23.

III

Rescripta imperatoria ab ipsis Imperatoribus uo-  
cantur DIVINA ORACVLA, DIVINAE IVSSIONES.  
Vid. L. 5. C. de Emanc. lib. et Nou. 114. c. 1. Sunt, qui-  
bus suspectum uisum est hoc elogium. Sed recte ita  
uocari, nec ambitiosi quid latere, defendi potest. Vid.

PRAE-

PRAESIDIS Diff. de Literis Promotorialibus Caes-  
rum §. I.

IV

Secundum Praxin Iudicij Imperialis Aulici a PRO-  
CESSV MANDATORVM multopere differt PROCES-  
SVS RESCRIPTORVM. MANDATIS enim mitiora  
sunt RESCRIPTA. Illa poenam pecuniariam conti-  
nent. Haec vero regulariter sine poenae comminatio-  
ne emanant. Et, quamvis his quandoque inseratur  
communio: Bey Vermeydung unserer schweren  
Straffe und Ungnade, sive: So lieb euch ist unsere Un-  
gnad und scharfes Einsehen, unde POENALIA RE-  
SCRIPTA vocantur, tamen ad indolem mandati non  
accedunt. Reliquas differentias exponit IO. CHRIS-  
TOPH. AB VFFENBACH de Confilio Caesareo Imperi-  
ali aulico Cap. XV. Sect. II. Subsect. 2.

V

Duo fratres, in causa communii, preces principi  
offerunt. Princeps in Rescripto unius tantum fratri  
mentionem facit. Quaeritur, an Rescriptum etiam al-  
teri, qui non nominatus est, prospicit. Affirmat impe-

rator ALEXANDER in L. I. C. de diuers. Rescript.  
Sed limitationem admittit haec constitutio, quamvis  
generalis videatur. Vid. BRVNNEMANNVS ad L. I.  
C. de diuers. Rescript. et WERNHERVS Suppl. Nou.  
ad Part. I. Obs. 145. §. 31.

VI

Legitimatio per Rescriptum Principis non omnes  
quidem effectus producit, quos habet legitimatio per  
subsequens matrimonium. Hoc tamen utrique legit-  
imationi commune est, quod ea omnem maculam ex il-  
legitimis natalibus quaesitam abtergat. L. 3. D. de na-  
tal. Restit. L. 57. §. 1. C. de nupt. Secus uidetur MX-  
LERO AB EHRENBACH in Gamologia cap. 25. §. 10.  
qui, bastardo legitimato semper aliquam turpitudinis  
notam adhaerere, tradit, magis BALDI, quam legum  
auctoritate, motus. Sed uid. A LEYSER Med. ad Pand.  
Spec. 9. med. 4. ubi, eos, qui contra sentiunt, in pote-  
statem principis sacrilegos uideri, docet.

VII

VII.

Debitorem, qui rescriptum moratorium impe-  
travit, regulariter a praestatione usurarum, quae du-  
rantibus induciis currunt, non liberari, tum iuri Ro-  
mano, tum legibus Imperii, tum etiam iuri Saxonico,  
consentaneum est. Copiosius hoc argumentum expo-  
suit PRAESES in *Diff. de Rescriptis moratoriis cursum  
usurarum non sistentibus* §. X. sequ.

VIII.

Controuersum est, an efficax sit renunciatio rescripti  
moratori, a debitore in chirographo facta. Sunt enim,  
qui putant, debitorem deinde, impetrato rescripto mora-  
torio, recte creditori agenti opponere exceptionem mora-  
toriam, neque istam renunciationem attendendam esse.  
Sed tutior est sententia, non audiendam esse exceptionem.  
Excipiens tamen est casus, si princeps rescripto mora-  
torio diserte adiecerit clausulam: non obstante renuncia-  
tione. Vid. A LEYSER *Medit. ad Pand. Spec. 12. med. I.*

IX

Ad ualorem testamenti, quod principi oblatum est,  
non requiritur rescriptum principis. *L. 19. C. de Testam.*  
*Dissentire uidetur REVNERVS Vol. II. de Testam. P.*  
*IV. cap. 18. n. 13. Sed uid. STRYKIVS de Cautel. Te-*  
*stam. Cap. VII. §. 19. Add. PEREZIVS Praelect. in*  
*Cod. Lib. VI. Tit. 23. n. 31.*



ULB Halle  
002 671 204

3



PA 20

B18



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Inches  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20

Centimetres  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20

EX DOCTRINA

DE

21  
1763-22

# RIPTIS PRINCIPVM

CAPITA QVAEDAM

ONTROVERSA

PRAESIDE

## STO MARTINO ILADENIO D

IFORTIATI ET NOVI PROFESSORE  
NARIO CVRIAEC PROVINCIALIS CONSISTORII  
I SCABINAVS ET IVDICII PROVINCIALIS  
NATV LVSATIAE INFERIORIS ASSESSORE  
DINIS IVRIDICI H. T. DECANO

XIX. APRIL. A. R. S. CIO IO CC LXPI

N AUDITORIO MAIORI

PVBLINE VENTILABIT

## ENRICVS GOTTL OB EBERHARD

HOYERSWERDA LVSATVS

VITEMBERGAE

HAIM GOTTL OB EICHSELDI

ACADEMIAE A TYPIS

